Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26004
Copyright: Admont, Benediktinerstift



& sacerdos qd de his sentiat iosephus. scribit in libro antiquitatum in hc
modum. Quarta decima luna primi mensis agni immolatur. xv. autem succedit fes
tiuitas a'limorum que vii. diebus celebratur, secunda uero a'himorum die que est xvi fru
gum primitias quas metunt offerunt. que legalium morem sacrorum et iam nunc
ecclesie consuetudo non ignobiliter imitatur. unam uidelicet noctem transitus dnici
idem resurrectionis eius a mortuis. quam impios triumphando fideles salua
re dignatus est principaliter obseruans. In cuius exortu sanguis ipsius uidelicet
agni immaculati populum eius fonte regenerationis ablutum mundat ab
omni peccato. ac deinde alios vii. dies in memoriam eiusdem dominice resurrectionis
congrua festiuitate subiungens. Verum quia ipsa quoque dies pasche a fer
mento castigari precipitur hanc euangelii scriptura aliquando primam a'limorum
cognominat. Primo inquiens die a'himorum quando pascha immolabant
dicunt ei discipuli. quis eam et parem tibi ut manduces pascha. Item
die xv mensis primi aqua. vii. dies a'himorum inchoant propter uicinia pas
che nomine uocat illi cum dicit. Et ipsi non introierunt in pretorium ut non
contaminarentur sed manducarent pascha. non quia legi contraria est euan
gelica scriptura. sed quia sacramentum quod decebat hac nobis societate uoca
bulorum uiuacius inculcare curauit. Salua enim subtiliori discussione
possumus intelligere. quod mystica pasche sollempnia singuli nostrum in
die baptismatis egerint. spiritale uidelicet exterminatorem sig
no preciosi sanguinis euadendo spirituales transeundo tenebras. Toto
autem uite proficientis tempore quod deinceps in hac peregrinatione
gerimus. vii. dies a'limorum celebremus quibus sicut apostolus edocet. non in fermento
malicie et nequicie sed in a'himis sinceritatis et ueritatis epulari de
bemus. Et quia nos in baptismo ut de potestate satane in partem sanctorum
sortis transire queamus sinceritatem ac ueritatem tenere necesse est.
Itemque toto nostre peregrinationis tempore quod septenario dierum nu
mero uoluitur cottidiano profectu ad meliora transire precipimur. quasi et
in pascha a'himis uesci. et in diebus a'himorum pascha spiritaliter
agere cognoscimur. Typica pasche interpretatio. lxiiii.